



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Gabrielis Navdæi Parisini Pentas Quæstionum
Iatro-philologicarum**

Naudé, Gabriel

Genevæ, M. DC. XLVII.

Clarissimo Doctiſſimóque Medico, & Philoſopho Vincentio Alſario Crvcio
S.D.N. Urbani VIII. Cvbicvlario, In Romana Sapientia Practice Medicinæ
Profefſori, ac olim Gregorij XV. Medico & Cubiculario ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70696](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70696)



*Clarissimo Doctissimoque Medico,
& Philosopho*

VINCENTIO ALSARIO
CRVCIO S. D. N.

VRBANI VIII.
CVBICVLARIO,

In Romana Sapientia Practicę Medicinę
Professori, ac olim Gregorij XV.
Medico & Cubiculario
Secreto

GABRIEL NAVDÆVS S. P. D.



V M assiduis me & quotidiana-
nis fermè sermonibus admone-
res, Allari eruditissime, ut
in hanc *V*rbem appulsus, quam
nemo unquam, comparatione facta cæteris
meliorem ac literarum studijs aptiorem non
inuenit, & hunc in ea Mæcenatem nactus,
qui li-

qui liberalitate & munificentia paucis, co-
mitate verò ac benevolentia nemini conce-
dat. Cum, inquam, urgeres non mediocriter,
ut tot præsijs munitus, ex umbraculis tan-
dem & otio familiaris & priuatæ meæ e-
xercitationis in Solem & puluerem Acade-
micum prodirem, meique laboris ac industriæ
publicum aliquod specimen exhiberem, non
potui sanè tantum huic tuo consilio non de-
ferre, quantum ab homine tui amantissimo
studiosissimoque concedi par erat; sed cum
apud me semper constitutum habuerim, non
per inanis gloriæ cultum, ad veram & soli-
dam gloriam proficisci, nec me etiam tam e-
leganter, vel à natura efformatum, vel ab
arte & industria perpolitum agnouerim, ut
per certos corporis motus scitè admodum ac
venustè compositos, & tenues aut sublimes
accentus, modulatasve vocis inflexiones, non
vulgaris eloquentiæ famam, ab delicatissi-
mis circumstantium auribus, possem extor-
quere; ea dumtaxat Consilij tui parte affe-

Etum me & commotum fuisse animaduerti,
qua natura mea conuenienter laborem mihi
ac exercitationem præcipiebas, reliquam
verò, si non abjeci, at saltem in aliud tempus
se major offeret publicè dicendi & pero-
rindinecessitas, reiiciendam esse duxi. At-
que interim tractatus nonnullos cum in poli-
ticiis, & oratoria facultate, tum etiam in
Medicina & philosophandiratione, haud o-
mnino infeliciter

Si me non fallit Imago
elucubraui, quorum en tibi velut in promul-
sidem, questionem hanc de venenis, ex pri-
ma reliquarum Pentade Selectam offero, le-
ue quidem hæreticor tuæ in me eximie vo-
luntatis, & beneuolentiæ, sed quod demum
grauiora consequentur, postquam istud nec
ingratum tibi, nec injucundum aduenisse in-
tellexero. Vale.

Dabam Romæ sub finem Martij,
Anno M. DC. XXXII

QVÆ